



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCCCLXXXIX. Markgraf Woldemar bestätigt die Rechte und Freiheiten der  
Stadt Görlitz, am 10. April 1317.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

CCCCLXXXVIII. Woldemar, Markgraf von Brandenburg, versichert, daß er die Bürger zu Guben bei ihren Rechten und Freiheiten schützen und erhalten wolle, den 8. April 1317.

Nos Woldemarus, Dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, Recognoscimus et ad uniuersorum notitiam, Tenore presencium publice volumus peruenire, Quod Fideles et Dilectos nostros Ciues Ciuitatis Ghubbyn uniuersos, tam presentes, quam posteros, in omnibus Eorum Juribus et Libertatibus, quibus hactenus vñ sunt, prout in privilegijs ipsis super premissis euidenter traditis exprimitur, ex nunc consouere volumus et in perpetuum fauorabiliter conseruare. In cuius rei euidentiam firmiorem presentes nostros litteras desuper confectas predictis Ciuibus dedimus, nostri sigilli munimine roboratas, presentibus testibus nostris fidelibus Conrado de Redere, Borchardo de Berthensleue, fritsone et Heinrico ejus filio de Aluensleue dictis, Johanne de Crochere, Heinrico de Rochowe, militibus, Slothekino, nostre Curie dapifero, Ottone et Heinrico Schenkones de Schenkendorpp cum alijs pluribus fide dignis. Actum et datum in Spandowe. Anno domini Millesimo Trecentesimo septimo decimo, feria Sexta post diem beati Ambrosii Episcopi et Confessoris proxima.

Nach Wilkii Ticemannus Cod. dipl. 220.

CCCCLXXXIX. Markgraf Woldemar bestätigt die Rechte und Freiheiten der Stadt Görlitz, am 10. April 1317.

Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, Recognoscimus et ad uniuersorum noticiam Tenore presencium publice volumus peruenire, Quod nostris fidelibus Ciuibus Ciuitatis Gorlicz omnes libertates et Jura, quibus hucusque vñ sunt, veluti in privilegijs ipsorum desuper euidenter exprimitur, perpetuo et omni tempore, inconuulla seruare volumus penitus et illesa. In cuius rei testimonium nostro sigillo muniri iussimus presens Scriptum, presentibus testibus nostris fidelibus Conrado de Reder, Cristano de Gherardesdorpp, Fritsone de Aluensleue, Petrone de Loffowe, Henrico de Schenkendorpp et Johanne de Crochere, militibus, cum pluribus alijs fide dignis. Actum et datum in Spandowe, Anno Domini millesimo Trecentesimo Septimo decimo, dominica die proxima post diem beati Ambrosij Episcopi et Confessoris.

Nach einer vom A. Polizeirathe Herrn Kbbler zu Görlitz mitgetheilten Abschrift des im Stadtarchive zu Görlitz befindlichen Originals. — Gercken's Cod. VIII, 642.

XD. Berthold, Graf von Henneberg, bestätigt das Testament seiner Schwester der Markgräfin Judith von Brandenburg, am 12. Mai 1317.

Nos Bertholdus, dei gracia Comes de Henneberg, tenore presentium constare volumus uniuersis, quod bona et libera voluntate ad hoc nostrum Consensum adhibemus, ut